terbentine lib. ſ. cere albe noue lib. ſ. maſticis. ℥. iiij. ⁊ illas res mitte in dicto vino vnam poſt aliaꝫ immediate ſemper miſcēdo vinū ⁊ agitando donec fiat bona mixtio. ⁊ poſtq̄ꝫ miſcuiſti. recipe duos ciatos lactis mulieris ⁊ miſce ſuper dictas res ſemper miſcendo et agitando donec fiat bona mixtio. deinde eleua ab igne ⁊ eſt factum ⁊ mitte in piſcide. quia ibi melius conſeruatur. Et quando vis illud operari pone in peciam non nimis groſſam ⁊ retineat aliquātulum plus q̄ꝫ ſit latitudo vulneris. Et ſcias ꝙ iſtud emplaſtrum multum bene conſeruatur.

Vnguentum quod vlcera calida refrigerat. conueniens in membris genitalibus ⁊ alijs. Recipe. tucie lote. calcecumenon lotuꝫ. cathimiam lotam. ⁊ ceruſam lotam. aloes omnia ſubtiliſſime terant̄ ⁊ in modum vnguenti cuꝫ oleo roſ. vel mirtino ducantur in mortario multum. et ſi vis ponere ceram vt ſit magis tenax. fac in forma vnguenti.

Vnguentum multum vtile qđ conſolidat vulnera ⁊ mundificat ⁊ attrahit potēter oſſa fracta ⁊ omnia infixa. et hꝫ multas alias laudes. ℞. bethon. viridis. radices ⁊ folia berbene. centauree mi. ſigillum ſancte Marie. millefolij. ⁊ ſi nō poſſunt haberi omnes. habeant̄ ſalteꝫ ille tres priores radices. ſ. ⁊ folia ⁊ terantur ⁊ extrahant̄ ſucci ex eis cuꝫ inſtrumēto apto ita vt habeas lib. vi. ⁊ pone ad ſolem ⁊ dimitte inſpiſſari. vel coque ad ignē. ſed illud eſt melius: deinde accipe cere lib. ij. terbentie lib. ij. ⁊ liquefiant ad ignem. ⁊ ea liquefacta proyce ſuper acetū ⁊ ſimul ducas cū aceto. deinde in medulam fermenti ⁊ miſce cū ſucco illo ⁊ ducas. ⁊ cuꝫ ingroſſatur miſce cum lacte mulieris vel vacce ⁊ incorpora. et ſi de ſucco beto. ⁊ centauree ſit ibi tanto melius ⁊ de puluere cribrato cum ſyndone.

Confectio alfaſurieꝫ qđ eſt medicamen bonuꝫ ad fiſtulas ⁊ ad cancruꝫ ⁊ ad malum mortuum ⁊ delet additioneꝫ carnis put. ⁊ ſanat ſcabiem ſiccā cuius ꝑmixtio hec eſt. ℞. litargiri. auri. calcanti. an̄. p. i. floris eris. par. ſ. terantur cuꝫ aceto fortiſſimo tēpore eſtiuo fortiter per. i. dieꝫ ſemp modicū addendo acetum ⁊ modicum addendo de oleo ro. ⁊ adminiſtretur vbi opꝫ.

Confectio vnguenti ſanantis vlcera difficilis conſolidationis. ⁊ eſt medicamē expertuꝫ. ℞. aloes. mirre ana. par. eq. deinde tere vehementer cum ſucco abſint. ⁊ ſucco plantagi. vſq̄ꝫ quo fiat ſicut mel. ⁊ adminiſtretur cum coto aut panno ſubtili.

Vnguentum ſeu emplaſtrum Andromaci vlcerans ⁊ cauterizās vbi opꝫ. ℞. aque ſaponarie que extrahit̄ ex arte ſapōis. Vel. ℞. optimi capitelli facti ex multa calce pluribus vicibus colati lib. iiij. riſi frumenti excorticati. an̄. ℥. viij. ponat̄ in vaſe vitreo ⁊ ſtringat̄ orificiuꝫ eius vehementer ⁊ dimittatur die atq̄ꝫ nocte: deinde agitetur cuꝫ ligno. ⁊ ſic fiat omni die ac nocte vſq̄ꝫ dum grana diſſoluant̄ ⁊ totum factuꝫ ſit mucillago deinde reſeruent̄. Cum aūt vti opꝫ accipiatur de eo in cortice auellane aut in vacuitate arundīs. aūt in cera preparata ⁊ dimiſſuꝫ in loco tribus horis aut plus ſi opꝫ.

Vnguentum ſeu emplaſtrum de ſinapi munda. deſcriptione Democriti cōferens ad venā ſciaticaꝫ ⁊ podagram ⁊ doloreꝫ oſſium ⁊ artheticaꝫ ⁊ conferens ad paſſ. frigidas ⁊ ad emigraneā ⁊ ad obliuionem ⁊ litargiaꝫ ⁊ catarrum.

¶ Si fiat emplaſtrum ſup ſinciput. ⁊ cōfectio talis eſt. ℞. ſinapis cōtrite par. i. ⁊ pone in aceto forti. ficuuꝫ ſic. par. i. ⁊ pone in aceto forti. ⁊ ſilr̄ funde in aqua die ac nocte. deinde exprime fortiter vt nullus humor remaneat in eis. deī de ſinapi contritam cum eo miſcebis diligenter cōcutiendo. ⁊ ſi ſit ſinapis. pars. i. ſicut ficus. Si aūt vehemētioris virtutis vis facere ex ſinapi. par. ij. ſi aūt minus pone de ficubus p. ij. ⁊ de ſinapi p. i. Cum auteꝫ apponetur loco dimittatur in eo ⁊ auferetur antequaꝫ vulneret̄. ⁊ proprie quādo ſoluit calefactionem pluſq̄ꝫ oportet. Et quādo dimittitur vſq̄ꝫ dum vlceretur ⁊ ꝓprie quando ꝓfundaruꝫ materierum excuſſioneꝫ queris in talibus. In defectu vo ſinapis ſchibale caprine ponantur pridie in aceto infuſe. ⁊ eſt ad ydropiſim ⁊ duritiem ſplenis ⁊ doloreꝫ eius efficax Et quandoq̄ꝫ additur eis fimus columbinus. radix enule agreſtis. ſemen naſturcij etiaꝫ gūma lauri. ⁊ conferunt ad egritudines frigidas viſcerum ⁊ ydropiſim ⁊ ad duricieꝫ ſplenis ⁊ ſimilia. ¶ Item opꝫ fieri emplaſtrū vel vnguētum de ſinapi qđ optime veſicat in ſciatica ⁊ ſincipite ꝓpter catarrum capite prius abraſo. ℞. ſinapiꝫ tritam ſubtiliter ⁊ tere cum ficubus ſiccis ⁊ pinguibus ⁊ pauco aceto fortiſſimo ⁊ fiat in modum electuarij. ⁊ fricet̄ locus cū pāno aut pecia ⁊ emplaſtret̄ locus. deīde rumpant̄ veſice ⁊ ponant̄ folia cauliuꝫ calefacta ⁊ remoueat̄ emplaſtruꝫ.

Emplaſtrum de fermento deſcriptione democriti. Inquit enim eſt nobilis medicina. ⁊ illud ex eo ꝙ antiquius eſt melius cuꝫ melle diſtemperato ⁊ ſint partes eiꝰ equales ⁊ ſexta pars ex viſco quercino. ⁊ octo partes ex armoniaco diſſoluto ī aqua fenugreci ⁊ modico fecis olei antiqui. Adhuc accipe fermēti. mellis. olei. ⁊ lactis mulieris ⁊ vitelli ouorū partes eq̄les. ⁊ fiat ex eis emplaſtruꝫ. maturat eniꝫ ⁊ rumpit apoſtemata ⁊ dubeleth. Si aūt fortius facere volueris adde eis galbanum circiter par. ſ. ⁊ diſſolue cū eis baurach.

Emplaſtrum vel vnguentum filij Zacharie ꝙ lenit duritieꝫ ⁊ nodoſitatem iuncturarum ⁊ lenit pectus ⁊ habilitat materiā in eo ⁊ in pulmone difficilis expulſionis. ℞. cere citrine. ℥. ij. olei lilij. q. ſ. medulle cruris vacce. adipis galline. mucillaginis ſe. lini. ana. ℥. ij. Si aūt id fortius facere volueris adde mucillaginis altee ⁊ fenugreci. par. eq. ⁊ pro oleo de lilio pōt poni oleū de kerua aut oleum citrinuꝫ aut vtrūq̄ꝫ.

Mixtura ſiue potio ad vulnera intrinſeca ſanāda. ℞. radicis arthemiſie pimpinelle garioſilate piloſele. herbe violaruꝫ. herbe veteri caulis ru. ſumitatum canepis. ſenationū. ana. m. i. rubee tinctoruꝫ quātum vis de omnibus ſcabioſe. m. i. Si vis hec omnia bulliant in vino vſq̄ꝫ ad medietatem. poſtea cola ⁊ colature adde tertiaꝫ partem mellis ⁊ cum eo bulliant: deīde cola ⁊ vſui ſerua. ⁊ da omni mane ieiuno ſtomaco ciatū vnuꝫ.

Vnguentum palme al'. emplaſtrum conſolidās vulnera difficilia ad ſanandum ⁊ conſolidandum. ℞. litargiri. ℥. ij. pinguedinis porci. lib. ij. vitrioli viridis. ℥. iiij. teneritatum palmaruꝫ ad libitū. coquantur ⁊ ſemper agitando cū ſpatula palme fiat ⁊ loco palme pōt poni radices cane ⁊ eſt optimū. ⁊ vtere.

Vnguentum expertum ad ſcabieꝫ. ℞. aſſungie porci. olei laurini. argēti viui. thuris albi. cere. maſticis. ana. ℥. ij. ſalis cōmunis. ℥. iiij. ſucci plantag. ſucci fumiterre. ad libitum. ſic confice. acetuꝫ aſſungiam nouam purgataꝫ a pelliculis ſuis. ⁊ oleum laurinum mitte in vaſe ſtanneo cum ſuccis ⁊ bulliant ad ignē donec liquefiant. ⁊ adde puluereꝫ ſalis cōmunis ⁊ maſticis ⁊ bulliant vſq̄ꝫ ad predictam decoctioneꝫ. ⁊ poſtea depone ab igne ⁊ adiunge argentum viuum extinctum cuꝫ pauco oleo ſupradicto. ⁊ miſce bene cum ſpatula. ⁊ vnge palmam manus ſiccam fortiter in ſero vſq̄ꝫ ad octo dies. Et argentum viuum ſic extinguitur ponas ipſum in mortario et ducas ipſum cum piſtello ⁊ cum multa ſaliua. et etiam extinguatur ſicut dictum ſupra.

Vnguentum ad furfures capitis. ℞. farine ciceris. ℥. viij. farie fenugreci, baurach

panis furfureus. mirti contriti. ſinapis contriti. ana. ʒ. xv. aloes. ʒ. x. Conquaſſentur cum pauco aceto ⁊ aqua ⁊ fricetur cum eis caput bene ⁊ lauet̃ omni hebdomada bis aut ter ⁊ aſſiduet inunctionez cum oleo cocto cũ gariofilis et oleo: ⁊ balneuz. Item fricatio cum ſucco corticum nucuz recentiuz eradicat furfures ⁊ eſt expertum.

Vnguentum ad ſcabiem. ℞. ſalis cõmunis. ʒ. ij. aſſungie porcine. ℥. i. ʒ. ij. argenti viui extincti. ℥. i. cere. ℥. ſ. olei laurini. thuris. añ. ℥. ſ. ſucci plã taginis. ſucci fumiterre. ana. ℥. i. ⁊ fiat vnguentũ. ⁊ in punctura eſt optimum ⁊ expertum. Et ſic eſt finis huius opuſculi Ad laudem dei omnipotentis.

¶ Expliciunt vnguẽta Dini Florẽtini artium ⁊ medicine doctoris famoſiſſimi ad laudez dei omnipotẽtis Impſſa Venetijs Mandato ⁊ expenſis Nobilis Viri Domini Octauiani Scoti ciuis Modoetienſis p Bonetũ Locatelluz Bergomẽſez. Nono Kalẽdas Januarij. 1496.

Collige triticibus medicine pondera granis.
Grana quater quinqꝫ ſcropuluz pro pondere ſume.
In ſcropulis tribus ſurgit dragma multiplicatis.
Si ſolidum queris tres dragmas dimidiabis.
Exagium ſoliduz diſtant in nomine ſolo.
Ex octo fieri dinoſcitur vncia dragmis.
At bis ſex vncie cõputant pro pondere libre.
Quotilla a ſextario diſtat in nomine ſolo.
Si queris pondus quod habet ſextarius vnus:
Librarum quinqꝫ pondus debes dimidiare.

Finis.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

Regiſtrum

a	h	p
¶ Expoſitio dini	⁊ difficultatem	medicamen
¶ Clariſſimi	alterius. Recipe	⁊ cum oleo
illo morbo qui	eſt extremitas	aggregatur in
ſtematis) Pria	pulmonis appel	le ⁊ vt ſit in
b	i	q
flegmonis a cã	ei vt faciat naſci	¶ De curatione
ti quantum ad	inciſus ⁊ maxie	¶ Et quãdoqꝫ
nigredinem aũt	in ſiccitate cum	tur de eo
conſtricti in	ſecundo gradu	In illa quidem
c	k	r
ideſt competit	his vulneribus	nutrimentum.
prune) tertia ibi	nere mel: qm̃ vt	tum vnum qđ
quaſi materia	brum vulneratũ	tur: tunc
panis qui eſt	latiuaruz in pul	profundatiua: ⁊
d	l	ſ
minuit̃ plectoria	co ⁊ ſimilibus.	hoc. ideo tamen
in duas. primo	¶ In parte iſta	ſecundo quia
ad localia. ſcđa	adheret. ſ. cũ tali	enim dicitur ꝙ
ra ⁊ ad membra	ei extremitas	
e	m	t
Aui. quare opz	apponant̃ calida	¶ Gentilis
eſt dicere empla	tamen diuerſio	adiutorium in
ſaniez corrũpet̃	¶ Refrenatio	¶ Ponit curaz
geſfri ſuper eius	eo ꝙ putredo	
f	n	v
cui accidit vt	reat. ſignificat̃	¶ Incipit cõpi
huſdã ſinonimis	fit perfecta	Gal. in libro
particularia	tionis vlcerum	neris. ⁊ extendã
gant̃ cum ferro	virtutez eorum	potandum cuz
g	o	argentũ viuum.
ad membrum.	pauca vel	
tabitur. Cuz aũt	iterum cum	
tur ſm iſtam	in ſanguine	
eis quod facit	vero eradicatõis	

DINUS FLORENTINUS

SUPER 3A, 4A ET PARTE 5A FEN

QUARTI CANONIS

GENTILIS DE FULGINEO

SUPER TRACTATU

DE LEPRA

CHIRURGIA ARGELATE CUM

ALBUCASI

Sala R
Gab.
Est. 47
Tab.
N.º 10